

# **Landesbibliothek Oldenburg**

**Digitalisierung von Drucken**

**Io. Rvdolph. Engav Ivrivm D. & P.P.O. In Academia Ienensi  
Elementa Ivris Criminalis Germanico-Carolini**

**Engau, Johann Rudolph**

**Jenae, MDCCXLVIII.**

**VD18 12413879**

Tit. XI. De Fvrto Ferarvm.

**urn:nbn:de:gbv:45:1-10011**

thorum *Edicto* c. 78. & *Reges Carolingica stirpis, Capitul.* VI, 9. CAPITALI pœna expiari uolebant. *Ius Prou. Sax.* hoc crimen præterit; contra illud laqueo luendum censet *Sueuicum* c. 210.

\*\* Fata quod tulerunt Conrado de Kauffungen huiusque sociis: illud retulerunt ALBINVS *Chron. Misn.* p. I. c. 21. H. L. SCHVRFLEISCH d. de *Conrado Kauffungo.*

## §. CLIII.

**Causæ eam mitigantes.** Pœna capitalis *cessat* (1) ubi in plagiaro uel dolus malus defuit (§. CLI, 2.), uel (2) lucrandi animus (§. CIV.); (3) ubi euitata est suppressio (§. CI, 1.); (4) ubi cadauer alienatum est (§. CLI, a); contra alicubi *l) exasperatur*, si Iudæus Christianorum liberos furatus sit, ut eos Turcis uenderet.

## §. CLIV.

**Actio civilis.** Datur quoque contra plagiarium actio ad id, ut uel exhibeat hominem, uel litis æstimationem præstet.

## TIT. XI.

DE

## FURTO FERARVM.

## §. CLV.

**Qui feras furati sunt** **F**urtum ferarum est uenatio & cæsis ferarum, inuito iuris uenandi domino,

1) *Ibid.* c. 2. §. 2.



no, animo lucrandi facta. Quæ, si dolo malo peracta, crimen constituit. Huius reus *feripeta, uenator furtiuus, Wild-Dieb, Raub- und Wild-Schürze* dicitur.

## §. CLVI.

Vnde dignoscere potes (1) furem ferarum non esse (a) qui absque animo lucrandi (§. CIV.), aut (b) casu *m*) aut (c) permittente forestes domino (§. CIII.) feras occidit; (d) qui feras sine ulla læsione ab agris suis abegit, licet ex hac turbatione damnum contigerit domino *n*); (e) qui suæ aut alius uitæ seruandæ gratia occidit animal nociuum (§. CXVI.).

## §. CLVII.

Ex eodem (§. CLV.) intelligo (2) cur dolo malo, summa cum iniuria criminis furti ferarum rei dicantur, qui (a) furiosi, aut (b) iusto errore (§. CX.) uel (c) imperiosa fame *o*) (§. CXVI.) ducti, aut (d) quo alteri ius uenandi negent &c. feras auesue maiores nobilioresque uenati sunt; (3) cur *saltuarii*, sint cuius uelint ordinis, ubi feras cæfas dolo malo surripiunt, uendunt &c. criminis furti ferarum rei improprie dicantur (§. CL, 4).

## §. CLVIII.

*m*) FICHTNERI d. de *feripetis*. §. 10. seq.

*n*) LIMNAEVS I. P. VI, 13.

*o*) arg. C. C. art. 166.



## §. CLVIII.

uariam  
pœnam  
sustinent.

Hodie \* in crimen furti ferarum non eadem ubique pœna, sed *pecuniaria* alibi, alibi pœna *fustigationis perpetuæque relegationis p)*, alibi *alia* a iudice determinanda *q)* statuitur, ea scilicet, quam columnæ terminales hisque adfixæ tabulæ loquuntur. Hic simul notes uelim (1) quod Iure *Saxonico r)* & *Borussico-Brandenburgico s)* ii, qui feras nobiliores in banno principis Electoris ferino uenati sunt, *laqueo* suspendantur, atque suspensis quandoque imponantur cornua, caput uel exuiæ bestię furto sublata *t)*; (2) quod in Electoratu *Saxonico u)* ii, qui phasianos, & in *El. Hannouerano x)* ii, qui ardeas uenati, manu priuentur; (3) quod *Borussicum y)*, *Querfurtense z)*, *Stolbergense a)* aliaque uenatoria iura dent potestatem uenatori, ferarum custodi, in eum, quem feri-

- p) Seidensticker d. p. II. sect. 3. nr. 2. 57.  
de furibus ferarum §. 58. 63.  
46. r) Seidensticker c. d.  
q) Pfälz. Mal. O. §. 53.  
tit. 51. u) Rohrs Haushaltungs = K. VII, 12. 5.  
r) Mand. de A. 1584. §. als ordnen. CARP-  
ZOV. c. I. q. 84. nr. 34. x) PUFFENDORF.  
BERGER Elect. Iur. introd. in process. crimin.  
Crim. p. 61. Luneb. c. 24. §. 50.  
s) Edict. de A. 1574. y) cit. Ed.  
1728. 1730. V. MYLIVS Corp. Constiz. March. z) Querfurth Jagd-  
Ordn. art. 12. §. 38.  
a) Stolb. J. O. §. 17.



feripetam deprehendit, atque semel iterumque inclamavit, exonerandi tubulos igniuomos tempore quo parat fugam.

\* Olim pecuniaria pœna luebatur *L. Ripuar.* tit. XLII. Vid. Ill; *LVDEWIG* d. de *uenatu.* p. 22. seq. I. P. S. II, 61. quandoque mala arbore *IDEM* reliq. *MSt.* To. VI. nr. 27. Quod feripetarum, ceruorum dorsis impositorum, manus catenis fuerint constrictæ; pedibus inferius colligatis, ut sic perirent misere, tradunt *KNIPSCHILD* de *nobilis.* III, 5. *FICHTNER* c. d. §. 22. aliique, sed hoc tantum probari potest, quod in *Wetteravia* A. 1666. hæc pœna feripetæ cuidam fuerit irrogata. *HOFFMANN* *Lycurgo Germ. moribus informato* c. 45. nr. 9.

### §. CLIX.

Quæcunque pœna in crimen furti ferarum sit statuta, cessat ea (1) ubi uel nullum *damnum*, uel (2) per accidens tantum datum (§. CLVI.), aut (3) resarcitum est *b)*; (4) ubi *dolus* deficit (§. CLVII.); (5) ubi nulla *uenatio* facta.

Causæ eam  
mitigantes.

TIT.

*b)* de *LVDEWIG*, c. d. p. 11.





## TIT. XII.

DE

## DELICTIS CARNIS

in genere

&amp;

speciatim

DE FORNICATIONIS  
CRIMINE.

## §. CLX.

Delicta car-  
nis

Quia, quo minus ciuitas sit numerosa, eaque labori adsueta, impedit uaga hominum libido, hanc sub *delictorum carnis* nomine prohibent LL.

## §. CLXI.

quæcunque  
sint,

Sortiuntur autem delicta carnis diuersa nomina, pro diuersa scilicet *honestate, uoluntate, ac familia personæ*, quacum cois, itidem pro diuersitate *uiæ*, qua congressum tibi parasti. Coitus enim cum meretrice, *fornicatio*; cum femina soluta eaque honesta, *stuprum*; cum persona coniugata, *adulterium*; cum consanguinea uel affini, *incestus*; coniugati cum coniugata, interueniente benedictione sacerdotali, *bigamia*; hominis cum bruto, *sodomia*; & masculi cum uirgine dissentiente, *stuprum uiolentum* audit.

## §. CLXII.

consum-  
mantur

De quibus omnibus hæc notes uelim:  
(1) quod